Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

et prohiberent holocausta in sacrificia
et libamina fieri in templo dei. et
prohiberent celebrare sabbatum et dies
sollemnes et coinquinare sanctum et
sanctum populum israel. Et iussit edificari
aras et templa et simulacra idola car-
nes suillas et pecora communia. et re-
linquere filios suos incircumcisos. et coi-
quinari animas eorum in omnibus in-
mundis et abhominationibus ita
ut obliuiscerentur legem et immutare
rent omnes iustificationes dei. Et
quicumque non fecisset secundum ubi
regis antiochi morieretur. Feria quarta.

Secundum omnia uba hec scripsit
omni regno suo et posuit pri-
nipes populo suo qui hec fieri cogerent.
et iusserunt ciuitatibus iude sacrificare
et congregati sunt multi de populo ad
eos. qui delinquerant legem dominum
et fecerunt mala super terram. et effu-
gauerunt populum israel in abditis et in
absconditis fugitiuorum locis. Tu.

De quintadecima mensis casley
quinto et sedragesimo et centesimo anno.
edificauit rex antiochus abhomina-
bile idolum desolationis super altare
dei. et per uniuersas ciuitates iude ar-
cum edificauerunt aras. et ante ia-
nuas domorum et in plateis incende-
bant thura et sacrificabant. Et libros
legis dei combusserunt igni scinden-
tes eos. et apud quicumque inuenie-
bantur libri testamenti domini et qui
cumque obsuiabant legem dominum
secundum edictum regis trucidabant
eum. Tu. In mensibus suis faciebant
hec populo israel. qui inuenebantur in
omni mense in ciuitatibus. Et quin-
decima die mensis sacrificabant
super aram. que erat contra altare

et mulieres que circumcidebant pueros
suos trucidabantur secundum manda-
tum regis antiochi. et suspendebant
pueros a ceruicibus perimisas do-
mus eorum et eos qui circumcidebant
eos trucidabant. Tu. Feria quinta.

Et multi de populo israel definierunt
apud se. ut non manducarent
immunda. et eligerunt magis mori.
quam cibis quo inquinari immundis et
noluerunt mutare legem dei sanctam et
trucidati sunt. Et facta est ira magna
valde super populum israhel. Tu autem.

In illis diebus surrexerunt mathathi-
as filius iohanis. filii symeonis sacer-
dos. ex filiis Joarim de iudem. et con-
sedit in monte modyn. Et habebat
filios quinque. Johannam. qui cog-
nominabatur gadis. et symon qui
cognominabatur charsi. et iudas qui
vocabatur machabeus. et eleazarus.
qui dicebatur abaron. et ionathas
qui cognominabatur apphus. Tu.

Hi uiderunt mala que fiebant in
populo iuda et iudem. dixerunt mathathias
Ve mihi ut quid natus sum uidere
contricionem populi mei et contricionem
ciuitatis sancte et sedere illic cum dicuntur
manus inimicorum sancta in manu extraneorum
facta sunt. Templum eius factum est homo
ignobilis. vasa glorie eius captiua ab-
ducta sunt. trucidati sunt senes eius
in plateis et iuuenes eius ceciderunt
in gladio inimicorum. Quae gens non he-
ditauit regnum eius et non obtinuit
spolia eius. Tu autem. Feria sexta.

Omnis compositio eius ablata est
que erat libera facta est ancilla. et
ecce sanctum nostrum et pulchritudo nostra et gloria
nostra desolata est. et coinquinauerunt eam
gentes. Quo ergo est nobis adhuc u